Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8456
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ditudo mea exardescet ig
ms Locutus sum in lingua mea notum fac mihi dne finem meum Et numerum dierum meorum qs est ut sciam quid deest mihi Ecce mensurabiles posuisti dies meos et substancia mea tamquam nichilum ante te. Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens Verumtamen in vmagine pertransit homo sed et frustra conturbatur Thesaurizat et ignorat cui congregabit ea Et nunc que est expectacio mea nonne dominus et substancia mea apud te est Ab omnibus iniquitatibus meis erue me obprobrium insipienti dedisti me Obmutui et non aperui os meum quoniam tu fecisti a moue a me plagas tuas A fortitudine manus tue ego defeci in increpacionibus pro iniquitatem correptuisti hominem Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius verumtamen vane conturbatur omis homo Exaudi oracionem meam dne et deprecacionem meam auribus percipe lacrimas meas Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te et peregrinus sicut omes pres mei Remitte mihi ut refrigerer priusquam abeam et amplius non ero · ps ·

Expectans expectaui dnm et intendit mihi Et exauduit preces meas et eduxit me in lacu miserie et de luto fecis Et statuit supra petram pedes meos et direxit gressus meos · Et immisit in os meum canticum nouum carmen deo nro Videbunt multi et timebunt et sperabunt in dno · Beatus vir cui est nomen dni spes eius et non respexit in vanitates et insanias falsas Multa fecisti tu dne deus meus mirabilia tua et cogitacionibus tuis non est qs similis tibi Annunciauui et locutus sum multiplicati sunt sup numerum Sacrificium et oblacionem noluisti aures aut perfecisti mihi Holocaustum et